

Ego Petrus Diaconus Card. sanctae Mariae in Aquiro...

LXI.

Transactionem quamdam de nonnullis Ecclesiis, inter Cassinenses Monachos & Fundanum Episcopum...

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, D. Abbati, & fratribus Cassinensibus...

EA, quae iudicio vel transactione rationabiliter inter aliquos statuuntur, ne malignitate cujuslibet a sua valeant firmitate divelli...

LXII.

Ad Archiepiscopum Auxitanum, & Abbatem Massiliensem, ut Monachis inobedientibus poenitentiam congruam imponant.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Auxitano Archiepiscopo, Apostolice Sedis Legato, & dilecto filio Abbati Massiliensi...

Ad audientiam Apostolatus nostri pervenit, quod cum Monachos sancti Savini excommunicationi decreverimus subjacere...

ritate felicitis memoriae Eugenii Papae adjudicata, ipsi post excommunicationem divina celebrare officia praesumerant...

LXIII.

Definitio controversae inter Canonicos Pratenfis Ecclesiae, & Plebanum S. Justi ejusdem territorii super mortuorum sepultura.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Uberto Praeposito, & Canonicis Pratenfis, salutem & apostolicam benedictionem.

Quemadmodum aequitatis vigor exposulat &c. Sane cum dilecti filii nostri Rolandus, & Ubaldu Concanonici vestri, & O. Plebanus S. Justi pro controversa, quae inter vos & eundem Plebanum super cappella S. Jacobi in territorio vestro fundata vertebatur...

Quotiens illud a nobis petitur, quod Religionis & honestati convenire dignoscitur, animo nos deceat libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri.

Dat. die 14 Septemb. anno Dom. 1172. Pontif. anno XIV.

Edidit Ughel. Ital. Sac. To. III. ubi de Pratenfi Ecclesia.

Hujusmodi controversa alia a Summis Pontif. cognita, ad deitura.

Rationes utraque ex parte iterum allatae.

Sententia Alexandri.

verò de temporalibus debeat sine contradictione aliqua respondere; & eadem cappella, quemadmodum statutum est, plebi vestrae tanquam matri Ecclesiae in omni jure parochiali, sicut reliqua cappella vestra, subiecta permaneat.

- EGO ALEXANDER Catholicae Ecclesiae Episcopus... Ego Ubaldu Dniensis Episcopus... Ego Bernardus... Ego Joannes Presb. Card. SS. Joannis & Pauli tit. Pammachii... Ego Joannes Presb. Card. tit. S. Anastasi... Ego Guillelmus Presb. Card. tit. S. Petri ad Vincula... Ego Boso Presb. Card. S. Pudentianae tit. Pastor... Ego Petrus Presbyter Cardinalis tit. sancti Laur. in Damaso... Ego Ardicio Diac. Card. S. Theodori... Ego Ugo Diac. Card. S. Eustachii juxta Templum Agrippae... Ego Vitellius Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi... Ego Petrus Diac. Card. S. Mariae in Aquiro... Datum Tusculani per manum Gratiani sancti R. E. Subdiaconi & Notarii, XI. Kal. Novembris Indictione V. Incarnationis Dominice anno MCLXXII. Pontificatus verò D. Alexandri PP. III. anno XIV.

LXIV.

Confirmatio Bonorum omnium, ac Privilegiorum Monasterii Monialium S. Mariae de Synningthmayte.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, in Christo filiabus, Christianae Priorissae Monasterii Ecclesiae sanctae Mariae de Synningthmayte, ejusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Quotiens illud a nobis petitur, quod Religionis & honestati convenire dignoscitur, animo nos deceat libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri.

firma vobis vestrisque succedentibus & illibata permaneat; In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo praefatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis: Ex dono Galfridi filii Bertranni Haget duas corrucatas terrae: Ex dono Sinonis Ward & Matildae uxoris suae & Willielmi filii ejus, locum, qui dicitur Esholt cum suis pertinentiis in bosco & plano & in terra arata & aqua libera & absoluta ab omni exactione, sicut in eorum authentico scripto exinde factio continetur.

Dat. Tusculani per manum Gratiani S. Romanae Ecclesiae Subdiaconi Notarii, XV. die Kal. Januar. Indict. VI. Incar. Dom. anno MCLXXII. Pontificatus verò Domini Alexandri Papae III. anno XIV. (a).

Dat. die 18. Decemb. anno Domini 1172. Pontif. anno XIV.

(a) In antepositi Privilegii clausula Indictionem Quintam notatam legimus, in hac verò Sextam: ad cujus rei intelligentiam nonnulla de Indictionibus libet discere. Trip ex Indictionis usus notatur a rei diplomaticae peritis, Constantianopolitane seu Graecae Imperatorum Orientis, quae a Kal. Septembris numeratur: Constantinianae a Constantino Magno, quae etiam Caesarea dicitur, & ab VIII. Kal. Octobris ducitur Pontificia, Romanorum scilicet Pontificum, quam cum annis Christi inter & finire volunt. Sed Gregorii Magni Epistolae & Joannis VIII. Indictione Graeca notatur; & hoc clarior apparet in his, quae suo loco reulimus, a Gregorio VII. datis Constitutionibus, & quidem Constitutionibus IX. XXI. XXIII. XLIII. ac duae sequentes IL. notatur Indictionibus, quae juxta morem, a Pontificibus Decefforibus & Successoribus servatum, ut volunt, non nisi Kalendis Januarii sequentis anni cursum aggredi debuissent. Hinc verò dubitandi sit locus, non nisi Saeculo XII. inceptus, statutusque mos, Indictionis initia a Kal. Januarii accipiendi: Cui quidem dubitationi firmius additur fundamentum ab ea, quam ipse Gregorius dedit Epistolam anno 1075. Universi in Christo... Fidem Christianam defendentibus in Regno Iherosolymitano, eosdem admonens de curanda conversione Henrici Regis, quem excommunicationi subjecerat; in ejus enim sine legitur: Dat. Laurentii III. Non. Septemb. Indictione incipiente XV. quae non nisi sequenti anno 1076. in cursu esse debuisset, si Praedecessores Pontifices Indictionem primo anni die assignarent. Quiddam verò hinc adstrui possit, ceteris do: rem prosequor, Beda de ratione temporum cap. 48. Anglos Constantiniana Indictione usos asserit; hinc, ne Constitutionem hanc, quia Alexander PP. (qui, de ex ejus Actis apparet Indictione Pontificia usus est) Privilegia confirmat Monasterio de Synningthmayte, solo Indictionis visio, cujus causa Mabillonio & Baluzio, auctoribus, falsi crimen Diplomatum, ceterisque antiquis Monumentis non est assignandum; nequam, hanc Constitutionem superstitiam dicam, hoc suspiciendum, vel Indictionum genera variè pro Scripatorum & Notariorum arbitrio Romae alibi variata; vel Bullae huic Indictionem Sextam adscriptam a Scripore Anglo, ut morem gentis sequeretur. Quod autem ad tria Indictionum genera pertinet, hoc cum Chiffleio Histor. Monasterii Threnorciensis pag. 453. sentio, Tertium genus praeter Caesareum, & Graecum appellari posse italicum, vel Christianum, vel Conciliare; Concilia enim Indictione a Kal. Januarii, vel saltem a die 25. Decembris deducit, solent notari.



L X V.

Tabulam auream, sibi donatam, Cassinensi Cœnobio restitit, ab eoque impostorum alienati sub anathemate prohibet.

Ex Archiep. Cassinensi. Monast. editis. Margaritæ in sub. Bullariis. Par. II. Conf. CLXXXIV.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Petro Abbati, & Capitulo Cassinensi, salutem & apostolicam benedictionem.

Onę memorię V. quondam Prænesteinus Episcopus, sicut vir providus circumspēctus & timoratus, recognoscens a quo & per quem post Deum habuerit ea, quę habuit, nobis tabulam auream, quam a vestro Monasterio comparaverat, & alia plura in ultima voluntate reliquit. Nos autem mirificum & delitiosum opus ejusdem tabulę diligenter attendentes, & considerantes, quod cum fuerit Monasterii vestri, convenientius & salubrius erat, ut eidem Monasterio, quam aliis donaretur, Tabulam vestram pro honore vestro, & salute nostra & prædicti Episcopi, & pro reverentia beati Benedicti, Monasterio vestro donamus; sub distinctione anathematis prohibentes, ne quis eam titulo venditionis, donationis, vel pignoris, aut alio quolibet modo eidem Monasterio auferre, vel alienare præsumat; sed jugiter ad honorem vestri, & beati Benedicti, & ad decorem ejusdem Monasterii inibi conservetur. Ut autem excommunicatio, quam inde facimus, omnibus innotescat, literas istas volumus & mandamus cum eadem Tabula, donec duraverint, esse. Datum Anagninæ III. Kal. Februarii.

Dat. die 30. Januarii anno Dom. 1172. Pontif. anno XIV.

L X V I.

Canonizatio S. Thomę Cantuariensis Archiepiscopi, ejusque adscriptio in Cathalogo SS. Martyrum.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus fratribus, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis aliis Ecclesiarum Prælati, & universo Clero, & populo per Angliam constitutis, salutem & apostolicam benedictionem.

S. Thomę Cantuariensis. Miraculis.

Redolet Anglia fragrantia & virtutis signorum, quę per merita illius sancti & venerabilis viri Thomę quondam Cantuariensis Archiepiscopi, omnipotens Dominus operatur. & universa letatur ubique fidelium Christiana Religio pro eo, quod ille, qui est mirabilis & gloriosus in Sanctis, Sanctum suum post mortem clarificavit, cujus vita laudabilis multa fult gloria meritorum, & tandem martyrio consummata est certaminis gloriosi. Quamvis autem de Sanctitate ipsius dubitare non possit, qui ejus vitam & laudabilem conversationem attendit, & gloriosam considerat passionem; voluit tamen Salvator & Redemptor noster ejus sanctitatis insignia magnificis irradiare miraculis. Ut, qui pro Christo insuperabilis virtutis constantia necessitates & pericula pertulit, sui laboris & certaminis in æterna beatitudine cognoscatur ab omnibus percepisse triumphum.

Nos verò, auditis innumeris & magnis miraculis, quę jugiter per illius Sancti viri merita fieri universitas narrat fidelium; & super his non sine magno gaudio per dilectos fratres nostros Albertum tit. S. Laurentii in Lucina, & Theoditum tit. S. Vitalis, Presbyteros Cardinales, atque Apostolicę Sedis Legatos, (qui eadem miracula tanto perspicacius didicerunt, quanto amplius sunt loco vicini) præcipue certiores effecti, & plurium aliarum personarum testimonio fidem, sicut debuimus, adhibentes, prædictum Archiepiscopum solemniter in Ecclesia, magno Collegio ibidem Clericorum, & Laicorum præsentem, in capite jejuni deliberato fratrum nostrorum consilio canonizavimus, ipsamque decrevimus sanctorum Cathalogo adscribendum.

Universitatem itaque vestram monemus, & auctoritate, qua fungimur, distictè precipimus, ut natalem prædicti gloriosi Martyris diem passionis suę solemniter singulis annis celebretis, & apud ipsum votivis orationibus satagatis veniam promereri. Ut qui pro Christo in vita exilium, & in morte virtute constanti passionis martyrium pertulit, fidelium jugi supplicatione pulsatus, pro nobis apud Dominum intercedat.

Cujus natalis celebrari præcipitur.

Dat. die 12. Martii 1172. Pontif. XIV.

Datum Signiæ IV. Idus Martii.

L X V I I.

Ad Monachos Cantuariensis Ecclesię de Canonizatione S. Thomę hujus Ecclesię Archiepiscopi, cujus corpus sub Altari recondi præcipitur.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Priori & Monachis Cantuariensis Ecclesię, salutem & apostolicam benedictionem.

Ex Tom. XIII. Concil. col. 104.

Gaudendum est universitati fidelium de mirabilibus illius sancti & reverendi viri Thomę Archiepiscopi vestri; sed vos exinde tanto ampliori gaudio & exultatione debetis repleri, quanto ipsius miracula oculatā fide sæpius intuemini, & ejus sanctissimo Corpore Ecclesię vestra specialius meruit illustrari. Nos autem, considerata gloria meritorum ejus, quibus in vita sua magnanimitè claruit, & de miraculis ejus non solum communi & celebri fama, sed & dilectorum filiorum nostrorum Alberti tituli sancti Laurentii in Lucina, & Theoditi tituli sancti Vitalis, Presbyterorum Cardinalium, Apostolicę Sedis Legatorum, & aliarum plurium personarum testimonio certitudinem plenam habentes, præfatum Archiepiscopum in capite jejunii, multitudine Clericorum & Laicorum præsentem, in Ecclesia deliberato cum fratribus nostris consilio solemniter canonizavimus; eumque decrevimus sanctorum Martyrum, collegio annumerandum: vobis & universitati fidelium de Anglia apostolica auctoritate mandantes, ut natalem ejus diem, quo vitam suam gloriosa passione finivit, annis singulis cum debita veneratione celebretis. Quoniam igitur dignum est, & vobis plurimum expedit, ut sanctum Corpus ejus cum

cum ea, quę decet, reverentia & honore condatur, discretionem vestrę apostolicę auctoritatem mandamus: quatenus Corpus ejus devotè & reverenter, facta solemnī processione, aliquo solemnī die, congregato clero & populo, in Altari honorificè recondatis: aut ipsum in aliqua decenti capla ponentes, prout convenit, elevetis in altum: & patrocinium ejus pro salute fidelium & pace universali Ecclesię satagatis apud Dominum vestris piis orationibus impetrare. Valete.

Dat. die 12. Martii anno Dom. 1173. Pontif. anno XIV.

Datum Signiæ, IV. Idus Martii.

L X V I I I.

Monasterio S. Savini Placentinę Diocesis, quod sub protectione Sedis Apostolicę suscipitur, Bona omnia confirmantur, nonnullaque conceduntur Privilegia.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Savino Abbati Monasterii S. Savini, quod secus Placentiam situm est, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regulariter substituendis, in perpetuum.

Ex Campi Hist. Placent. To. II. in Regest.

Exordium.

Officii nostri nos admonet & invitat auctoritas pro Ecclesiarum statu satagere, & earum quieti ac tranquillitati salubriter auxiliante Domino providere. Dignum namque, & honestati conveniens esse dignoscitur, ut qui ad earum regimen, Domino disponente, assumpti sumus, eas & a pravorum hominum nequitia tueamur, & B. Petri ac Apostolicę Sedis patrocinio muniamus. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione ad exemplar prædecessorum nostrorum, fel. memorię Innocentii, Lucii, & sanctę recordat. Eugenii, Romanorum Pontificum, suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascunque possessiones, quascunque bona idem Monasterium impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: In civitate Placentina Ecclesiam S. Marię, Ecclesiam S. Victorię & unum Hospitale cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam S. Bartholomęi, Ecclesiam S. Trinitatis, Ecclesiam S. Ambrosii cum Hospitale, Ecclesiam S. Salvatoris cum quodam Hospitale & suis omnibus pertinentiis; curiam Robiani cum duabus Ecclesiis, decimis, & omnibus ad se pertinentibus: quicquid etiam infra castrum Arcuatum & extra possidetis, vobis præsentis scripto firmamus: Castrum Besenioni cum duabus Ecclesiis, & omnibus ad se pertinentibus: In curte Albani duas Ecclesias cum omnibus pertinentiis: In Pontepuro Ecclesiam S. Martini cum suis pertinentiis, curiam Paternę cum duabus Ecclesiis, curiam de Turre cum una Ecclesia & suis pertinentiis, curiam

Monast. hoc prædecessorum more sub protectione Sedis Apostolicę suscipiens.

Eidem bona omnia, ac donationes tum Regales, tum Pontificias confirmat.

Conii cum Ecclesia & aliis, quę ibi justè possidetis: In Marchia Januensi, in valle scilicet Segestina, Monasterium S. Victorię cum tribus cappellis. Quicquid insuper in Ecclesiis, decimis, rationalibus, discreptione in monte Arviti bonę recordationis Sigifredus Placentinus Episcopus vestro Monasterio noscitur contulisse: In Visilano Ecclesiam S. Georgii, & quęcumque alia ibi habetis, curiam Regiani cum Ecclesia S. Savini, & omnibus ad eam pertinentibus, curiam Fabiani cum Ecclesia S. Stephani, curiam sanctorum Naboris & Felicis cum Ecclesia S. Savini: In Tavernaco Ecclesiam S. Marię: In Curia Fontanę-petrofę Ecclesiam S. Savini, & Ecclesiam S. Gregorii cum aliis omnibus, quę justè ibi possidetis: In Supprivo Ecclesiam sanctę Marię cum decimis, Hospitale de Trebia cum Ecclesia S. Nicolai, curiam Mosę cum Ecclesia S. Savini, & omnibus ad ipsam pertinentibus: Decimas quoque vineę, & brolii Episcopi, & alterius vineę, quę est extra portam S. Antonini, & piscationes, quas habetis in Pado a portu portario usque ad ora Rivi-frigidii, castrum Calenzani cum omnibus quę ibidem habetis, cappellam S. Savini de Lechi cum ceteris, quę ibidem habetis. Sanęnovalium vestrorum, quę propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas præsumat exigere. Obeante verò te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam præviderint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse sancimus, ut eorum devotioni, & extremę voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat: salvo nimirum jure illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Ad hæc præsentis decreto sancimus, ut in nocte Natalis Domini, more solito, & in Sabato sancto in introitu Missę, & ad vesperas liceat vobis secundum antiquam consuetudinem campanas pulsare. Præsentis quoque decreto prohibemus, ne liceat Episcopo Placentino, vobis vel Monasterio aut Ecclesiis vestris novas & indebitas exactiones imponere, vel indebita gravamina irrogare. Prohibemus insuper, ne cui liceat, infra fines Parochię vestrę sine assensu Diocesani Episcopi, & vestro, Ecclesiam vel oratorium de novo construere: salvis privilegiis & authenticis scriptis Romana Ecclesię. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicę auctoritate, & Diocesano Episcoporum canonica justitiā. Si quę igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hæc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscatur.

Remitt. propriam, ac nutrimentorum decimas ab eis exigere vetat. Abbat. ele. & onem Monachis tantummodo heret.

Sepultura inibi ab omnibus sibi constitui posse.

In nocte Natalis Domini, more solito, & in Sabato sancto in introitu Missę, & ad vesperas liceat vobis secundum antiquam consuetudinem campanas pulsare.

Novas vero exactiones ab Episcopo Placentino imponi.

Vel a quocumque iura Parochię hujus fines Ecclesię absque licentia prohibet.

Decernimus immunitatis pro eisdem bonis.

Pone contra violatores hujus privilegii.

H h h scat.